M. R. P. Mro.

Amigo y S.r Procrastinando de dia en dia, he faltado a la deu.da expres.on de agradecim.to quando recivi el Opusculo de V. P. de probabilitate opinionum, q. sin adulacion està muchas veces bueno, y tanto mas me agradò, q.to ha mucho tpo, q. estoy convencido a aquella misma sentencia, q. juzgo expresa en S. Augustin en los libros, q. sobre este mismo punto escrivio de proposito contra los Academicos. Aora el P. Mro Cath.co de D.o Th.s me comunicò la de V. P. de 12. de este, con la expres.on de Pasq.s q. deseo a V. P. muy felices: y duda adjunta, a q. sin presumir haver dado en el punto fijo, solo por no faltar a servir a V. P. dixe lo q. alcanza mi cortedad en lengua latina por mas expedita para esto: y usando solo de doctrinas de S.to Th.s en los sentenciarios, respecto de q. se inquiere de lo q. sintio, q.do escrivio aquellos lib.s

Dubium litterale

An q.do D. Ths in 4. dist. 17. q. 3. art. 2. q. 1. (in supl. 3. p. q. 9. art. 1.) inquirit: Utrum confessio ee possit informis? quaerat, et resolvat de illa, ut separata à sacram.to?

Certum est, q.d non erat quaerere, et resolvere de confessione, ut distincta, tum ab aliis partibus sacram.ti poenitentiae, tum ab ipso sacram.to, ac resolvere de illa, ut separata ab aliis, et ut actu exercite non integrante essentiam sacram.ti: sicut qui resolvit, q.d materia 1.a est causa compositi substantialis, vere hoc resolvit de illa ut distincta, tum a forma, tum a composito, et tamen non resolvit de illa, ut separata a forma, et composito substantiali.

Certum est item, q.d sicut non ponitur, nec existit compositum substantiale, dum non existunt omnes partes integrantes eius essentiam: ita dicendum de sacram.to poenitentiae (S. D.r d. 16. q. 1. art. 1. q.a 3, et d. 22. q. 2. art. 2. maxime q.a 2.) Essentialia autem omnes sunt, tum absolutio legitima, ut forma (d. 17. q. 3. art. 3. q.a 1. et 2. et d. 18. q. 1. art. 3. q.a 1.) Ex parte autem materiae actus poenitentis, contritio, confessio, et satisfactio, saltem in proposito (d. 16. q. 1. art. 1. ibid. in solut. ad 2. q.a 1.) in quo differt a Baptismo, ubi actus recipientis solum requiruntur, ut dispositio ad fructum. Qualiter intelligendum sit q.d contritio sit pars essentialiter exacta ad constitutionem sacram.ti, dissidunt DD.s Aliqui cum Soto videntur q.d exigatur saltem existimata. Sed in eo q.d attritio conveniunt communiter cum Cayet.o Ferrara, et aliis q.d e dispositio ad fructum, habenda ex ipso sacram.to essentialiter integra ex attritione, si non ponatur obex: existimamus, namque una nequit variare essentialia sacram.ti ex institutione Christi neant Communior eorum sententia docet q.d etiam ad fructum sufficit q.d integretur ex attritione, specifice distincta a contritione D.a doctrina. (d. 17. q. 2. art. 1. q.a 3.) Porro S. D.r ab ista n. discessit. Imo expresse, et ad litteram satis de sufficientia attritionis ad fructum tradit d. 17. q. 3. art. 5. q.a 1. Quibus congruunt alia etiam authoritates, quas ex illo producit R.r Prado poenitentia tract. 7. q. 3. dub. 2. n. 8. Quibus addimus locum ex dist. 17. q. 1. art. 3. q.a 2. ad 3: et alios, ni fallimur manifestiores, et pro praesenti quaest.e illustriores ex d. 17. q. 1. art. 2. q.a 1. ubi inquirens: Utrum poenitentia designatur ex tribus? affirmative respondet: et ad 2. ita habet: primum esse poenitentiae est in corde, postea autem prodit exterius per confessionem, et satisfactionem. Non diffiteor, q.d resolutio etiam sit de poenitentia, ut est virtus formata a charitate: sed inter poenitentia, seu dolor, qui proxime, et immediate oritur ex timore servili, est sola attritio, et contritionis perfectae praeparatio initialis, (ex argumento d.a d. 17. q. 2. art. 1. q. 3.) Cum ergo S. D.r docet de illo dolore, qui oritur ex timore servili, q.d est in corde existens prodit in confessionem, satis q.d sufficit attritio, ut integratur ex illa cum confessione sacramentali. Unus autem fructus nomine contritionis, dum respicit, vel agit de partibus sacramenti, ut gereret morem DD.us decretorum, qui illo modo loquendi servarunt, quem retinuit etiam Tridentinum ses. 14. cap. 4, dum numerat actus poenitentis; licet ex cap. 4. satis habeatur, q.d sufficit attritio adhuc ad fructum.

Attritionem etiam supernaturalem latitudinem pati evincit egregius locus S. D.s d. 17. q. 2. art. 5. q.a 3: ubi inquirens: Utrum contritio possit esse ita parva, ut non sufficiat ad deletionem magnorum peccatorum? Postquam distinxit de dolore sensibili, et spirituali: hic (inquit) potest ee adeo parvus, q.d non sufficeret ad rationem contritionis, ut si minus displiceret peccatum quam debeat displicere: sicut etiam amor potest ee ita remissus, q.d non sufficiat ad rationem charitatis::: sic praedicatur

AVSA

q^d^ quicumque parvus sit dolor, dummodo ad actiones vaticis sufficiat, q^s^ culpas delet. Ita D. Ths, q^i^ quibus
cipaliter resolvit de contritione perfecta, ut patet ex toto contextu articuli; nihil tamen prohibet, quin
substitutae rationis huic doctrinae accommodemus attritioni. Nam subjectum si perfecte rationis sui generis ha
non minus displicet de peccato, quam displicere debet; sollicitat propterea homines ad exactam diligentiam
receptione sacramenti poenitentiae, atque in discussione conscientiae, quam in efficaci proposito; et cum despicit ex
promittente veniam poenitentibus, cum spe veniae procedit: et ita dolet de peccatis post diligens examen
rentibus, ut nequeat non virtualiter extendi ad oblita: ac per consequens ut actu integros ex
poenitentiae, fructu remissionis peccatorum etiam gaudet. Potest autem esse alius dolor ex motivo perfecto
sito procedens, sed ita parvus, ut per illum peccatum non displiceat, quantum displicere debet, ac propterea
illa, quam tribuimus priori attritioni. Erit tamen verus dolor, et actus supernaturalis, quemadmodum
exemplo D. Thomae ostendimus, ille amor Dei, qui non pertingit ad rationem charitatis theologicae, est tamen
amor, et verus affectus, et actus supernaturalis; ut de obedientia, et actibus religiosis, quibus
extra charitatem colitur Deus, definitum est per celeberrimam constitutionem Unigenitus, in damnatione pro
nis 47. 53, et 52, quae sunt actiones christianae, ac proinde supernaturales. At sicuti, sicut
non pertingente ad rationem charitatis saepe dirigit, hic secundus dolor potest habere a subjecto,
nascente, quod non pertingit ad perfectam qualitatem attritionis, ut priori modo est exposita:
a indigente cum fide saltem existimative bona, quod dolet quantum debet dolere. His praelibatis
difficile erit, procedere ad resolutionem propositi dubii: supposita hac duplici attritione; altera
simpliciter tali; altera tali secundum quid comparative ad priorem; licet vera sit attritio, sive contritio imperfecta
4.° resolvitur, quod S. D^r^ quaerit, et resolvit de confessione, ut obiecta: cui peculiariter attribuit valo
dirigendum cum informitate; sed non nisi ut actu exercite integritati sacramenti; immo non nisi quando fit a paenitente
saltem existimative bona, indigente, quod ad illum procedit ex attritione omnino qualificata, et qua peccatum
displicet, quantum displicere debet, seu ex attritione simpliciter tali.
5.° Conclusio haec quatuor habet partes. Quantum ad 1.^am^ partem probatur. De sacramento in commu
seriem Mag. Sent. egit dist. 14: De partibus dist. 16. De altera in particulari, ut obiecta ab aliis
contritione dist. 17. per duas priores quaestiones: De satisfactione dist. 15: et deinde dist. 17. q. 3. instituit pro
confessione, de illa resolvit, ut obiecta, tum a sacramento, tum ab aliis partibus.
6.° Secunda pars constabit legenti
me si conferat argumentum 2.^m^ cum solutione. Deinde probatur ex doctrina S. D^s^ afferendo rationem, cur hoc peculiariter
sit dictum de confessione. Haec resolutio praecipue instituitur ad securitatem et pacem conscientiarum: et circa
circa id quod notius est poenitenti: ea fere ratione, qua S. D^r^ dist. 22. q. 2. art. 2. q.^a^ 2. docet, quod
catio in sacramento poenitentiae principaliter se teneat ex parte sacerdotis absolventis, tamen significa
cipaliter se tenet ex parte actus poenitentis: ubi principale, et magis notum, ut pote magis sensibile est
7.° Tertia pars probatur; quia expresse docet, quod procedit de illa, ut est pro
menti; at hoc nequit intelligi de parte praecise in aptitudine ad confessionem: et resolvit de illa, ut
confessione. Probatur min. De illa prorsus sic resolvit, quod licet informis et sine fructu remissionis peccatorum
tamen valida est, quod excusat ab iterata confessione illorum peccatorum, quae per illam subjecta sunt clavibus
quibus a sacerdote in illo iudicio bona fide peracto absolutionem obtinuit: et Probatur mai. Quia non
mentum in confessione in casu necessitatis facta laico utiliter, et pie, ut cap. Qui vult 1. de poenitentia
lib. de vera, et falsa poenit. inter opera D. Aug. licet S. D^r^ cum Mag. talem praxim (Hodie propter
deberet in ea adhiberi cautela) laudet dist. 17. q. 3. art. 3. q.^a^ 2. immo ad 2. dicat quod illa confessio
talis est quodammodo; tamen in solutione ad 3. (quod et repetit d. 20. q. 1. art. 1. q.^a^ 2. ad 2.) docet quod
quod iterum confiteatur sacerdoti, cum copiam habere potuerit... ut mandatum de percipiendo sacramento
satis continere videtur decretum, et declaratio Alex. III. in cap. Quod quidam V de poenit. et remiss. circa
8.° confessiones eorum, qui dicunt abstinere non posse a peccatis illis, quorum sacerdoti pandunt.
Secundo probatur eadem pars. Eo sacramentum non adesset
S. D^s^ quia resolvit de illa confessione, de qua docet, quod esse potest in eo qui non est contritus; per
ut^a^ adnotata n. 2, impossibile est
ut^a^ adnotata n. 3, quod excludit etiam attritionem, sine qua saltem ut^a^ adnotata n. 2, impossibile est
sacramentum; sed hoc non cogit: et Probatur min: exclusa contritione perfecta, immo attritione perfecte qua
et vera effective excludente voluntatem peccandi, et connexa in sacramento cum fructu, adhuc restat vera
supernaturalis ut^a^ adnotata n. 2: et adhuc restat dolor sufficiens ut formare confessionem externam, ut per mi
accusationis iudicialis, coram legitimo iudice integret sacramentum poenitentiae. Probatur mai. Contritio absolute pro
stat, ut^a^ ipsas regulas dialecticas, pro ea de qua simpliciter dicitur; et quae potuit D. Ths excludere
contritionem, per quam in illo loco ut^a^ adnotata n. 3. exclusit contritionem perfectam, quam attritionem simpliciter
dando locum alteri attritioni minus bene qualificatae. Per quem praecipuum est argumentum, quod posset
ex littera D. Ths: cui tamen ex abundanti postea occurremus pro accuratiori intelligentia mentis
9.° Si autem quaeras: Intellexerit D. Ths hanc attritionem minus bene qualificatam sufficere ad sacra

simpliciter tali

AVSA

pænitentiæ validum, et verum essentialiter integrandum? Si ita revera sentit S. D. Respondeo, quod, cum hoc pendeat ex sola institutione Christi, licet in argumento sed Doctor adhibeat pro hoc rationem congruentiæ satis solidam, quam nostrates optime illustrant; tamen hoc non scivit per rationes: nec item per verbum Dei scriptum; sed per traditionem; quemadmodum scimus esse septem sacramenta; cum hac tamen differentia, quod de hoc est traditio prorsus certa faciens fidem Theologicam; de illo autem non ita; licet ex communi fere consensu Doctorum in sua generali de sacramento pænitentiæ conformi, sed valida, habeatur certitudo moralis de traditione.

Quarta pars probatur. Si accedens ad sacerdotem pro confessione actu cognoscit, quod dolor quo afficitur, non est ita bene qualificatus: ergo cognoscit quod committit novum peccatum mortale, ponendo obicem fructui sacramenti, quod vult recipere: vel ergo illud peccatum cum aliis confitetur, vel illud novum reticet. Si hoc ultimum: ergo confessio non est integra, ac proinde nec valida. (d. 17. q. 3. art. 4. q.a 2.) Si autem illud confitetur, sacerdos non absolvet, (d. 18. q. 1. art. 3. q. 3.) Dato autem quod Sacerdos, vel ex ignorantia, vel ex malitia, aut defectu fortitudinis præsumeret absolvere impenitentem, tunc confessio erit invalida, quia saltem ad illud peccatum in illo instanti commissum non extenditur dolor ullus supernaturalis: cum tamen ad validum sacramentum requiratur dolor de omnibus, et singulis peccatis, quæ tunc sunt in conscientia (d. 17. q. 2. art. 2. q.a 3. et 6.)

Per quæ satis constat ad argumentum, quod posset formari ex his, quæ nos contra Sotum adnotavimus n. 3.; quod scilicet ex existimatione nostra non variatur essentia Sacramenti. Ita est; verum in præsenti ex mala, vel bona fide fit, quod licet adsit illa attritio minus bene qualificata, quam diximus suapte natura sufficere ad integrandum essentialiter sacramentum: deficiat tamen, aut adsit aliud necessarium ad validitatem sacramenti. Licet autem hoc ipsum possit respondere M. Soto, semper manet quod contritio non sit necessaria per modum partis integrantis; quod ibi intendebamus persuadere.

Solvuntur argumenta.

Obiicies 1. contra 2. partem. In sacramento informi nequit non adesse informitas cum validitate in dolore: ergo non est quid peculiare in [illegible] confessione, quod sit valida, et informis. = Dist. consequens: metaphysice speculata, concedo: theologice, et moraliter considerata neg. consequentiam. Solutio constat ex insinuatis n. 6. Quibus accedit doct. S. D. d. 17. q. 3. art. 5. q.a 1. ibi [illegible] quod pænitentia in quantum est sacramentum, præcipue in confessione perficitur. Quod autem S. D. in illa solutione ad 2. manifeste loquatur de contritione perfecta, et de satisfactione per charitatem formata, ut patebit legenti. = Instituit autem S. D. sua subtilissima methodo quæstionem de confessione, et non de toto sacramento, ob rationem insinuatam n. 6: cum posteriores Doctores eam de ipso sacramento instituant non curantes de ista subtilitate, for te, quia ipsis visum est, sic clarius procedere.

Obiicies 2.o contra 3. partem Doctores D. Thomas excludit omnem dolorem in verbis exscriptis n. 8: ergo resolvit de confessione separata a sacramento. = Si dicas cum M.o ad. Thomam, de sacramento pænitentiæ q. 82. d. 33. art. 6. §. ad confirmationem, quod tantum excludit contritionem perfectam, ex qua sit actus virtutis, ipsa confessio = Contra excludit illum dolorem, qui si poneretur, ergo sacramentum, non esset validum, sed fructiferum, causans remissionem peccati; sed ad hoc sufficit attritio nostra adnotata n. 3: ergo hanc etiam excludit. = Respondeo igitur solutione adnotata n. 8, neque quod non excludit attritionem illam minus revera qualificatam, in apprehensione autem pænitentis qualificatam, et excludentem in sua actuali existimatione omnem voluntatem peccati.

Obiicies 3. contra eandem 3. partem. Hoc sacramentum ex sua quidditate ordinatur ad remissionem peccati: ex sua etiam quidditate integratur actibus hominis: ergo non potest stare, quod homo non ponat obicem suis actibus institutioni sacramenti, et quod ponat remissioni peccati. Illud quod efficit informitatem confessionis, impedit, ne tunc adsit sacramentum. = Neg. consequentia; nam et in pharmaco corporali v. g. potione amara cernitur, quod eius vis medicativa non est completa, donec subinde agat medio calore naturæ in corpus et tamen adhuc hoc supposito non illico inducit sanitatem, imo nec effectum, ad quem immediate tendit, si ex parte subiecti adsint alia impedimenta, vel non assint debitæ dispositiones.

Obiicies 4.o contra eandem partem. Componit S. D. validitatem confessionis cum fictione, quæ in eodem instanti sit peccatum mortale novum, utpote de quo docet, quod est de necessitate confessionis postea faciendæ; sed cum peccato mortali actuali simplicat verus dolor de peccatis in eodem instanti, et maxime talis qui sit pars sacramenti, cum hic contra Tridentinum ses. 14. cp. 4. claudat propositum de cetero non peccandi: ergo D. Thomas statuit confessionem omnino separatam ab omni dolore, et consideratam a sacramento et ad minimum instituit confessionem, quæ eximeret ab iteratione, si eidem sacerdoti confitearis (concedor mai, cum M. Thoma loco laudato q. 3. dub. 3. a n. 18; utpote expressa in D. Thoma; et dist. min: verus dolor, adhuc attritionis perfecte qualificatus, et disponens etiam ad fructum sacramenti. De. min: minus bene qualificatus. sufficiens ad integrandam essentiam sacramenti, neg. min. et consequentiam. Solutio patet ex dictis n. 4, et 8. Nec in contra aliquid docet Tridentinum; nam in illo Cap. 4. ut adnotavit M. ad. Thomam loco sup. laudato §. itaque oportet, subtiliter distinguit de dolore, qui est pars, et qui est dispositio ad fructum, ad hoc ultimum exigens quod revera excludat omnem voluntatem peccandi, non vero ad primum.

Ad hoc argumentum (quidquid aliis in contrarium sentiant) Ipse enim adest verum sacramentum pænitentiæ excusans ab iterata confessione illorum peccatorum, quæ subiecta fuerit clavibus, et de quibus absolutionem iudicialem obtinuit: ita ut non sit opus iterum ea confiteri, etiam si alteri sacerdoti confiteantur, dum [illegible] confitentur fictionem. Nec in omnibus adest fundamentum in 1. part. nec

AVSA

v. si illico fiat, ergo praesumitur, quod adhuc sacerdos notitiam actualem habet, sufficientem ad formandum iudicium de illis peccatis nullis

17. Sed adhuc posset replicari: quod confessio confecta peccato mortali, in illo de novo commisso, et consequenter sacrilega, integrat actu essentiam sacramenti poenitentiae substantialiter perfecti, et valide. Ex quo fluxerit: quod si quis in Paschate sic recipiat sacramentum poenitentiae, et non cum eadem dispositione accedat ad communionem, adimplebit praecepta de confessione annua, et communione Paschali. Haec consequentia probatur doctrina D. Thomae adducta n. 7, nam ideo docet quod per confessionem facta laico non satisfit mandato de recipiendo sacramento poenitentiae, quia ibi non perficitur sacramentum: quod si hic est perfectum sacramentum poenitentiae, eius receptio quantumcumque informis erit adimpletiva. At hoc videtur expresse damnatum ab Ecclesia per decretum Alex. VII in 14 propositione damnata circa confessionem, et Inoc. XI. in 55, circa communionem sacrilegam: quod

18. Haec replica igitur non tendit, quia pugnat contra mentem D. Thomae, si eius doctrinam directe impugnat; urget, nam quod etiam, si diceretur, quod statuit non separatum a sacramento. = Respondere posset 1º. concedendo duas priores consequentias, et negando minorem subsumptam. 14. propositio in decreto Alex. VII. procedebat de confessione voluntarie nulla: hic autem ponitur confessionem valida: 55. autem in decreto Inoc. XI. procedebat de communione per directum voluntarietatis sacrilega, quam scilicet subiectum actu cognoscebat, quod accedebat in peccato mortali. Tales enim propositiones procedebant ex principio, quod Ecclesia non posset praecipere actus internos, etiam ut ratio sunt ponendi modo debito externos directe praeceptos. Unde illud PP. Salmant. tom. 1. moral. tract. de poenit. sacram. cap. 7. punct. n. 26. in editione etiam facta post talia decreta, dicunt quod est valde receptum, quod per sacramentum integrum validum, et informe impleta praeceptum Ecclesiae. In quo unum est certum, neque, quod excusatur homo a confessione praecepti. ~~An~~ impleat, non est ita certum: maxime, si praeceptum Ecclesiae sit determinativum iuris, et praecepti divini, de non differenda ultra annum reconciliatione ad Deum per expiationem peccatorum, ut quadragesimam videtur Trid. ses. 14. cap. 5. Sicut et dubium posset esse, an si intra eiusdem anni cognosceret homo se sacramentum informe recepisse cum fictione mortali teneretur illico confiteri ad expiandum hoc peccatum, et communicare prior communio, utpote cum eadem fictione mortali fuit sacrilega. Sed haec ex aliis principiis resolvenda nec ab his pendet resolutio D. Thomae, aut ea tangit; unde pro nunc ab his praescindimus: nam illud D.H. adducta n. 7 potest intelligi de praecepto divino, et ecclesiastico: in conditiones alium illa ~~[illegible]~~ sunt ordinarie de

Respondere igitur negando consequentiam, quia in mente D. Thomae non confertur; nam D. Thomas in art. de quo nunc diximus, totum resolvit, quod confessio ita cum informitate potest esse valida, quod homo non teneatur illa peccata tunc confessa iterum confiteri: ~~[illegible]~~ neque confessionem, ut urget praeceptum de confessione, sive pro sua libertate. Et hoc subsistit, etiam si per illam confessionem praeceptum Ecclesiae non adimpleat. Sed de hoc dubio iam satis. =

M. R. P. M.º esto es lo que alcanza mi cortedad en esta que remito al P. Mro. Cath.co de S.to Th.s, para que enmiende, o corrija; lo que oiré con gusto, pues el fin solo es servir a quien con sus tareas, y libros tanto ilustra la escuela de V. P., cuia vida g.e D.s en su gra. m. a. De S. Greg.o Vall.d Diciembre 29. de 1729.

Valime de amanuense, para que V.S. lo pudiese leer con menos dificultad. No se si lo ha pasado, especialmente quando al volverlo a leer ocurrieron algunas cosas, que apunte a la margen con esta señal √ que llama, y puede servir de confusion, especialmente en la columna 4, en que se llama a la otra oja con esta señal ✝. Perdonar: que es de poros ... que se dice de la honrra de la Relygion, y especial de esa insigne casa, el Rmo. ... de no aber borrado esta que escrivio. En mi estan freq.te lo contrario, que solo ... el que el Amo escrive no borra: = mientras se pudiere menos inconvenientes ... R. M. P. M.

B. l. m. de V.S. su mas afisionado serv.or y cap.an Fr. ...

M. R. P. Mrol. Fr. Vicente Ferrer.

AVSA